



Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiæ, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

Luca, Giovanni Battista de

Coloniae Agrippinae, 1690

Disc. CIII. Sutrina successionis. De eadem materia reciprocae linearis quando intret necnè. Et quando fideicommissum dicatur restrictum ad certam ætatem vel certum tempus, vel potius restrictione non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

decif. 177. Oshoboro, ac sepeffimè in aliis, ideoque Ioseph si non veniret sub expressa vocacione filiorum, fratrum, & descendencium superfluis, veniret sub illa virtuali & implicita vocacione totius generis masculini.

Neque est novum, ut non comprehensus sub dispositione particulari concepta sub nomine speciali, seu minis generali, veniat sub nomine colectivo ac magis generali, sub quo venit etiam si à speciali dispositione esset exclusus, quoties exclusio non est in odio odio particulari ex deductis decif. 235. par. 6. recent. Tiberina fideicommissi 16. Martii & 27. Iunii 1640. coram Panziralo, quarum prima est decif. 209. par. 8. recent. & habetur in America fideicommissi de Ianselicis disc. 49. quod odium in casu nostro considerari non potest, cum testator æque dilexerit Iosephum, ipsumque instituerit, atque hanc dixi mihi veritatem.

Post hæc autem scripta vidi de isto puncto late differentes Cofiam in quadam eius dissertatione registrata per Barbatum in tract. de fideicom. par. 1. cap. 4. in spec. 4: ex num. 15. pro fratre scribentem, & eundem Barbatum contrariam sententiam sustinentem, ut scilicet vocato filio fratris non veniat ipse frater; Verùm quicquid sit de utriusque scribentis fundamentis, quæ levia videntur, in eo casu difficultatis ratio urgebat ob existentiam aliarum personarum, quæ in defectum filiorum ex fratribus expressè ac nominatim vocatæ fuerant, in quibus terminis non versabamur, dum in præfenti non prætendebatur vocatio fratris sub appellatione eius filiorum ex ratione extensionis vel majoris rationis ut in dicto altero casu, sed punctus erat, quod frater venire deberet in defectum omnium nominatim vocatorum sub genere masculorum, & sic sub nomine colectivo, à quo, cessante ratione odii, etiam nominatim exclusi non excluduntur, atque illa videbatur urgens ratio, cui deducta in dicto alio diverso casu nullatenus adversari videntur.

- 4 De substitutione pu illarum, ut sit indefinita & perpetua.
- 5 Examinantur conjectura id suadentes.
- 6 De regula exclusiva reciproca linearis, & quod intelligatur discretive in qualibet linea.
- 7 De fallentia ex conjecturis.
- 8 Examinantur conjectura pro limitatione.
- 9 De legitima non detrahenda ex bonis particulari fideicommissi subjectis, & de illius presumpsa consumptione.

DISC. CIII.

TArquinius instituitis Dominico, Francisco, & Constantino filiis, quorum duo erant pupilli. unus verò adultus, disposuit quod (sunt verba formalia) si aliquis ex eis deceperit in pupillari ætate, tunc & in eo casu alter alteri succedat, & succedere debeat & debeant per fideicommissum & jure substitutionis in perpetuum, & ita etiam inter eorum hæredes & successores, & descendentes proximiores succedendum & servandum, & dictis suis filiis, & hæredibus, & eorum descendentibus & successoribus, & cuilibet eorum in perpetuum dictus testator prohibuit alienationem bonorum stabilium, sed semper dicta bona permanere in ejus familia & successoribus, & eis subjecta per fideicommissum.

Ex Dominico defuncto fuit superstes Io Antonius, quo in pupillari ætate mortuo, superstitibus Anna matre, & aliquibus sororibus uterinis, inter istas, ac præfatos Franciscum & Constantinum patruos orta fuit questio super præfati Io. Antonii intestata successione, qua ad favorem matris vel fortunæ terminata in alio voto, de quo in hac eadem causa sub tit. de success. excipientibus patruis respectu bonorum stabilium de dicto fideicommissum per Tarquinium ordinato, ab altera parte impugnato. Hinc de tribus dubitari contigit: Primo an dicta substitutio restricta esset ad tempus pupillaris ætatis, ita ut ea finita evanuerit: Secundo quatenus tanquam indefinita duraret, an adesset reciproca de linea ad lineam, vel potius in qualibet linea discretive ordinata censeretur: Tertio an posita dicta reciproca de linea ad lineam obstarent deductiones, super quibus, lite pendente coram Gubernatore Scrofanii decidenda de meo voto, illud dedi ut sequitur.

Quoad primam, pro substitutionis expiratione obstare videtur conclusio, ut substitutio ad certum tempus restricta, ultra illud non extendatur, sed eo elapso expiret ad text. in l. si quis ita de vulgari cum concordantibus in puncto substitutionis limitatæ ad ætatem pupillarem per Rotam dec. 19. par. 1. dec. 168 & dec. 348. par. 6. resen. in omnibus nu. 1. & in qua decif. 19. num. 2. cum seqq. responderetur in specie argumento resultanti à prohibitione alienationis, cum ratione conservandi bona in agnatione, ut tanquam consecutiva intelligantur eodem rhemate retento, & quatenus substitutionis casus eveniat.

Contrarium tamen mihi de jure verius videtur, quod nempe testator indefinitam ac fideicommissariam substitutionem ordinare voluerit, quamvis in testamento non legatur, cum sæpe ex Notariorum incuria vel alio accidenti sequatur, ut minus reperitur scriptum quam fuerit dictum, quo casu ex conjecturis aliisque circumstantiis disponentis voluntatem ostendentibus suppletio fit à lege vel à iudice ad text. in l. unum ex familia S. penultimo & finali ff. de legat. 2. lib. 1. S. si ex fundam. ff. de

SVTRINA SVCCSSIONIS

Inter Partes ut infra.

VOTVM.

De eadem materia reciproca linearis quando intrat necne.

Et quando fideicommissum dicatur restrictum ad certam ætatem vel certum tempus, vel potius restrictione non obstante sit indefinitum.

SVMMARIVM.

- 1 **F**allitseries.
 - 2 **S**ubstitutio restricta ad certum tempus, puta ætatis pupillaris, ultra illud non extenditur.
 - 3 **V**alut ex conjecturis, ex quibus facienda est suppletio, & de materia suppletoria.
- Cardin. de Luca de Fideicommissis.

LUCA
mentis
at
VI
9

ff. de hered. instit. l. errorem C. de testam. l. cum arvis ff. de cond. & demonstr. l. cum acutissimi C. de fideicommissis. & in aliis, de quibus Menoch. conf. 232. num. 14. cum seq. Fusar. de substit. q. 284. num. 4. & ceteri, de quibus infra in iudertina fideicommissi de Accursius disc. 115. ubi de hac materia suppletionis.

Et in specie quod dispositio directa ad filium impuberem ex conjecturis remaneat indefinita pro omni tempore etiam post pubertatem est doctrina Bart. communiter recepta in l. Centurio num. 31. vers. fallit ff. de vulgari, quam sequuntur ceteri in his terminis deducti per Lancellor. Galliam conf. 38. num. 14. & sequen. & in proximis terminis ratiocinatur Decian. conf. 34. num. 57. lib. 3. & confert dispositio textus in l. si frater tuus C. de fideic. ubi licet glossa supponat fideicommissi confirmationem post pupillarem aetatem resultare, ex eo quod testator adjecerit verbum *quandocunque*, Attamen, Vel glossa loquitur divinative, Vel verius loquitur exemplificative, itaut non restringat ad illum solum casum, Ac proinde ex d. text. resultat, quod substitutio restricta ad pupillarem, ex aliis voluntatis demonstrationibus esse potest omni tempore fideicommissaria, quasi quod in ore calami remanserit illud verbum deficiens vel *quandocunque*; Et quamvis Bart. ubi supra verè non loquatur de substitutione restricta ad pupillarem aetatem, sed de expressione gravati cum qualitate impuberis, atque magna videatur esse differentia inter unum casum & alterum, cum in hoc secundo non adsit restrictiva, Attamen ex eodem Bart. clarè constat, ut etiam sumpta dicta qualitate pro restrictiva adhuc diversa disponentis voluntas aliunde desumpta debeat attendi.

Hanc igitur voluntatem clarè ostendere videtur; Primò illa verba *per fideicommissum & jure substitutionis in perpetuum*, quæ omninò repugnare videtur, ut sint ad solam pupillarem aetatem limitata; Secundò fortissimè inæqualitas gravatorum, quorum unus erat pubes, itaut ejus gravamen verificari non posset, unde fuisset inæqualis provisio de jure non præsumenda; Tertio repetitio substitutionis inter institutorum hæredes, successores, & descendentes; Quarto qualitas testatoris non multum periti, ut in specie suppletionis observat Fusar. d. q. 284. num. fin. Quinto eisdem omnibus in perpetuum prohibita alienatio cum dispositione perpetuæ permanentiæ in ejus familia & successoribus sub affectione fideicommissi, cum hæc sola dispositio sit apta ad inducendum novum fideicommissum, dum non stat accessorie, & per viam simplicis rationis, sed per viam principalis dispositionis, ut infra; Quare prædictis omnibus insimul consideratis, attentoque toto contextu dispositionis, impossibile videtur, quod testator tam summo studio ordinare voluerit substitutionem, ita de facili ac brevi tempore expirandam, quod ad alios effectus bene consideratur in Bonon. fideicommissi de Guidottis 24. Januarii 1648. coram Arguelles; Decisiones autem 19. par. 1. 168. & 348. par. 6. recent. procedunt regulariter, & ubi contraria disponentis voluntas non urget.

Quoad secundum, regula videtur pro exclusionem reciprocam de linea ad lineam, itaut ea intelligatur discretivè de propriis filiis ac descendentes uniuscujusque lineæ inter se, ad quam comprobantur ex parte venientium ab intestato allegantur Ruin. conf. 144. num. 4. lib. 2. Fusar. conf. 17. num. 2. 72. cum seq. & 94. Seraph. decis. 1023. num. 3. & 4. & 9. Merlin. decis. 798. num. 26. quibus addi possunt

decis. 145. num. 5. & 6. par. 1. rec. Et magis inter Odd. conf. 46. & Menoch. conf. 680. in eodem consulescentes Rot. decis. 287. par. 4. rec. tom. 2. & per tot Terracinen. fideicommissi de Pateris 1637. Ghislerio impress. apud Radense. conf. de Florentina seu Bonon. de Barbaderu 25. Junii Coccino & 28. Junii 1641. Carillo inter decis. 190.

Verum quamvis hæc regula sit vera, fallit, quando, vel ex conjecturis, vel ex contextu, seu aliis conjecturis constat, testator voluisse inducere reciprocam inter omnes descendentes, etiam de una linea ad aliam; Ad quæ parte venientium ad fideicommissum alibi Dec. conf. 515. nu. 1. & 2. Menoch. conf. 899. cum sequen. Coccin. decis. 493. numer. 10. & 335. num. 3. par. 3. rec. in Tiburtina Terracinen. Martii 1628. Remboldo, Quibus addi possunt Terracinen. fideicommissi de Pateris 1637. 1642. Ghislerio decis. 183. par. 10. rec. & apud Otthebon. decis. 177. Bonon. fideicommissi de dottiis 24. Januarii, & 1. Junii 1648. 23. Januarii 1649. Arguell. bene in Beneventana fideicommissi Martii 1653. Bichio Romana seu Triburiana Martii 28. Januarii 1658. Albergato decis. 306. par. 2. in aliis in hac ultima cumulat; Et licet sit verum de reciproca inter personas ejusdem lineæ, men firmatur dicta limitatio generalis etiam ad lineam, prout est in dictis Beneventana, Triburina Bonon. & aliis &c.

In casu, de quo agitur, videtur esse limitatio potius quam regula, quia testator ordinatam expressam reciprocam inter institutos subjunxit; Et ita etiam inter omnes & successores servandum sit &c. Dicta etiam ita etiam, denotat clarè repetitionem ejusdem reciproca perinde ac si denotet inter istos aliam ordinatam esset, ut de vocatione aliorum dicitur per dictionem necnon, in dicta Romana Romana successiones coram Albergato, edita in dicta disc. seq. & de dictione cum in d. Beneventana Bichio, in quibus tota vis constituitur in qua dictionis conjunctiva, & tamen in casu postulat nedum conjunctiva, sed etiam repetitiva.

His accedit prohibitio alienationis cum ditione, ut bona semper & in perpetuum permaneant in ejus familia & successoribus. Nihil quod ista ratio tanquam consecutiva, sed intelligenda veniat ad limites prioris substitutionis. Tum quia si non sufficit ad inducendum fideicommissum, satis tamen attendi debet interpretandum fideicommissum antecessoribus dinatum, ut deducitur in dicta Romana fideicommissi Triburina disc. seq. Tum etiam permanentia dicitur in familia & descendentes non est per rationis cum dictione, quia, sed per dispositionis cum dictione, sed, ubi, sed, ita bona permanere &c. Ac etiam, fortiter voluntatem ostendere videtur illa alia verba, & eis subiecta per fideicommissum, quibus constat onus non esse adjectum personarum bonis, ac esse fideicommissum reale, quod voluit bona esse descendentes subiecta per fideicommissum, ut consideratur in dicta Romana num. 3. par. 3. recent. Eo magis quia summo momento factio in parvo loco a persona non litterata, Unde magis ad substantiam ejus similis voluntatis est reflectendum, quæ

fecem verborum, ac verè voluntas testatoris conservandi bona in omnibus descendentes videtur clara.

Quoad tertium punctum detractionum, videtur etiam contra hæredes gravati respondendum, quia cum nullum confectum fuerit inventarium, atque nunc non agatur de restitutione universæ hereditatis, sed bonorum stabilium tantum, in quibus testator particularem adiecit prohibitionem cum dispositione conservationis illorum in familia & descendentes, necnon ex testamento constet in hereditate remansisse multa animalia vaccina, & captiva, aliaque mobilia, ac etiam loca montium, ex his detractiones dicuntur satisfactæ, ut in puncto consideratur in Romana de Villorivis coram Merlino decis. 47. par. 5. rec. & in multis aliis, quæ deduci possunt; Atque in dicta decis. 47. fideicommissum in casu mortis est universale sed prohibitio alienationis restricta est ad stabilia juxta individuales terminos nostros; Maxime quia non agitur contra tertium possessorem, atque ad rescindendam alienationem jam tertio factam sub nomine detractionum, quo casu opus esset firmare statum hereditatis, sed agitur contra hæredem ipsius gravati, contra quem deficiente inventario, & data aliquorum bonorum alienatione, intrat præsumptio consumptionis, etiam si alienationes non essent magnæ juxta distinctionem, de qua in notissima Perrissina Bonorum 30. Maii 1650. coram Cerro decis. 31. par. 11. rec. in Bonon. fideicommissi 10. Marie de Bolognini 16. Novembris 1655. coram eodem, & sæpè in sua materia, sub tit. de detractionibus.

Et ideo censo partes Gubernatoris Scrofani esse debere in absolvendo præfatos Franciscum & Constantinum ab impetitis per dictos hæredes Jacobi Antonii respectu bonorum stabilium remansurorum in hereditate Tarquinii tantum, & in confirmando possessionem in dictis bonis stabilibus in vim dicti fideicommissi, salvo jure detractionum post firmatum statum hereditatis à dictis hæredibus illas prætendentibus.

ROMANA

SEV

URBEVETANA

SUCCESSIONIS

PRO

CATHARINA ARDICIONA

CVM

HERCULE MISSINO.

Casus decisus per Rotam pro Catharina.

De eadem materia reciproce linearis, & de differentia inter unam, vel plures lineas ab initio constitutas.

Cardin. de Luca de Fideicommiss.

SYMMARIUM.

- 1 Fidei series.
- 2 De exclusionem reciproca linearis.
- 3 Statutum exclusivum femininarum cessat ex contrariis testatoris voluntate.
- 4 Dicitur necnon copulat, & omnes conjungit, & idem de ditione cum.
- 5 Quod reciproca linearis inducatur ex conjecturis etiam sine requisitis.
- 6 Ponderantur coniectura.
- 7 Datur distinctio inter plures lineas ab initio constitutas, vel ubi est unica.
- 8 An & quando ex dispositio in casu dicitur inferatur ad casum mortis.

DISC. CIV.

Lucina, instituta quatuor filiis ex duplici matrimonio susceptis, nempe Francisco, Livia, & Iulia ex primo, & Octavio ex secundo, eis quodcumque sine filiis legitimis & naturalibus decedentibus, vel eorum altero, ad favorem superstitum reciprocam substitutionem injunxit, necnon nepotes, pronepotes, ac descendentes & successores quoscunque substituit, adjecta prohibitionem alienationis & confiscationis, in qua rationem adiecit perpetuæ conservationis bonorum inter ejus descendentes, & de sanguine, ita ut eis existentibus, ad alienas manus bona devenire non possent.

Ex Livia, penes quam per aliorum mortem sine filiis, bona in toto, vel in parte consolidata erant, superstites fuerunt Nicolaus & Catherina, quæ dote contenta totum de paternis, maternis, & avitis fratri renunciavit; Cumque contigisset casus mortis absque prole Barbaræ ex Nicolao defuncto superstitis scripto hærede Hercule Missino extraneo; Hinc proinde Catherina prætendens factum esse casum dictæ substitutionis in bonis dictæ testatrix, judicium instituit contra dictum Missinum possessorem, & introducta causa in Rotam coram Albergatio, duplex erat rei conventi exceptio; Vna renuntiationis per dictam Catherinam factæ ad favorem Nicolai, ejusque hæredum, sub quorum nomine ipse venire debebat, cujus inspectio suspensa fuit, ac alteri particulari disputationi reservata; Et altera non existentia fideicommissi in portione dicti Nicolai; Quamvis enim reciproca esset literalis, eam tamen dicebant pro eo scribentes, intelligendam esse discretivè, & inter descendentes cujuslibet ex eis, non autem de una linea ad alteram juxta conf. Odd. 46, Menoch. conf. 680 Seraph. decis. 1023. cum aliis super hujusmodi conclusione satis frequenter ad hanc materiam insinuat, præsertim in proximè præcedentibus.

Et licet agnoscerent, stante Statuto Urbis vocante filios in conditione positos, substitutionis durationem in Nicolao & Catherina, Dicebant tamen d. vocationem ultra non progredi ex tegula, quod ex vocatione activa non inferatur ad passivam, quodque filii licet ex Statuto vocati, non tamen censentur gravati, ut est pariter recepta & sæpius insinuata conclusio; Atque hinc inferebant ad libertatem bonorum, tam in portione Barbaræ ex Nicolao superstitis, quam etiam Catherinæ, cujus portio ad eundem Nicolai hæredes jure renuntiationis pertinebat.

Pro Catherina scribens, distinguendo portiones, Quatenus pertinet ad illam ipsius ætatis, dicebam casum

Y 3

casum